

SECUNDUM

L xlv
Ch xxiii
Ch xxvii
Io xlvi

Et descendens cum illis stetit in loco campestri. &
turba discipulorum eius. & multitudo copiosa
plebis ab omni Iudaea & hierusalem. & maritima
& tyri & sidonis. qui uenerunt ut audirent eum.
& sanarentur a languoribus suis. & qui uexaban
tur ab spiritibus inmundis. curabantur. & om
nis turba quaerebat eum tangere. quia uirtus
de illo exiebat. & sanabat omnes.

L xlvi
Ch xxv

Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos. dicebat
Beati pauperes quia uestrum est regnum dei.

L xlvii
Ch xxviii

Beati qui nunc esuritis. quia saturabimini.

L xlviii
Ch xxvii

Beati qui nunc fletis. quia ridebitis.

L xlviiii
Ch xxx

Beati eritis cum uos oderint homines. & cum sepa
rauerint uos. et exprobrauerint. & eiecerint no
men uestrum tamquam malum. propter filium
hominis. gaudete in illa die & exultate. ecce enim
merces uestra multa in caelo. secundum haec enim.
faciebant prophetis patres eorum.

L L
x
Sol

Verum tamen. uae uobis diuitibus. quia habetis con
solationem uestram. uae uobis. qui saturati estis.
quia esurietis. uae uobis. qui ridetis nunc.
quia lugebitis & flebitis.

L Li
x
Sol

Vae cum bene uobis dixerint omnes homines. secun
dum haec faciebant prophetis. patres eorum.

L Lii
Ch xl

Sed uobis dico qui auditis. diligite inimicos uestros.
benefacite his qui uos oderunt. benedicite male
dicentibus uobis. oraete pro calumniantibus uos.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
MANCHESTER 1824 The University of Manchester
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Weltherbestätte seit 1991
© Copyright of The University of Manchester, John Rylands Library 2013
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/jrl_latin-ms-9/0204